Fragmentarium

regendis populis praefecisti ad eorum societatem
et operis adiumentum sequentis ordinis ui
ros et concede quos dignitatis eligeris;
Sic in heremo per LXX uirorum prudentium men
tis moysi spiritum propagasti quibus ille adiuto
ribus usus in populo innumeras multitudines
facile gubernauit. Sic et eleazaro et itha
mar filiis aaron paternae plenitudinis abun
dantiam transfudisti ut ad hostias salutare
ris et frequentiores officiis sacramentum suf
ficerent meritum sacerdotum. Hac prouidentia domine
et apostolis filii tui doctores fidei comites ad
didisti quibus illi orbem totum secundis praedica
toribus impleuerunt. Quapropter infirmitati
quoque nostrae domine quaesumus haec adiumenta largire qui
quanto magis fragiliores sumus tanto his plu
ribus indigemus. Da quaesumus omnipotens pater in hoc famulo
tuo ill. presbiterii dignitatem innoua in uisceribus eius
spiritum sanctitatis ut acceptum a te deus secundi meriti

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_071_33R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4923)